TRIVMPHVS GLORIOSÆ VIRGINIS, ET MARTIRIS CATHARINAE ROTARVM.

Ad Excitandam Discipulorum Solertiam, facili vena exaratus.

AVCTORE
FRATRE NICOLAO MAGRIO DREPANENSE
Ordinis Eremitarum Sancti Augustini.

ET AB ALEXANDRO, ET AVGVSTINO De Fabbronijs Fratribus, & condiscipulis hinc inde summa diligentia collectus. & ab eisdem Alexandro Fabbronio Patruo suauissimo, & Arcis nouę Liburni Prefecto Dicatus.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS, M DC XXXX.

Apud Petrum Milochum.

GLORIOSISSIMÆ CHRISTI SPONSÆ
CATHARINÆ ROTARUM,
Studiorum vindici,
Regio liliatæ, & illibatæ Virginitatis exemplo,
Athletæ in cruciatu egregiæ;
Inexcruciatu Agonothetæ
In importunam Maximini imprietatem
Oppugnatrici Opportunæ,
Propugnatrici Maximæ:
Summo Honestatis, & venustatis ornamento
Viuenti
Alexandrino Dominanti Solo
Cadenti Polo,
Triplici in Cælis effulgenti corona
Et pro ipsa in terris,
Non Ptolomeorum Alexandriæ,
Sed
Ex Fabbroniorum prosapia Alexandro,
Viro Optime Merito,
Patruoque amantissimo,
Et
Arcis nouæ Liburni Præfecto
Vigilantissimo,
Opusculum hoc opere praeceptoris facili vena
Confectum;
Mox
Discipulorum opera hinc inde Collectum,
Et In lucem editum:
Alexander, & Augustinus Fabbronij Fratres,
Et tanti Viri Nepotes Amantissimi
D. D. D.

INTERLOCVTORES.

Prologus } Alexāder & Augustinus } Fabbronij & cōdiscipuli.

Maximinus Imperator.
F. Imperatrix eius vxor.
Porfirius princeps Dux belli.
Vetruuius a Sacretis Maximini.
Caterina vindix.
Angelus Caterinæ custos.
Christifer
Paulus } Christicolæ.
Nuncius.
Curates rotarum magister.
Custos Carceris.
Chorus Angelorum.
Chorus Sophorum.
Chorus Aulicorum & armatorum Maximini.
Chorus Aulicarum & armatorum Imperatoris.
Chorus Aulicorum & armatorum Porfirij.
Chorus Satellitum.
Carnifex.

Scena est Alexandria Ægipti.

PROLOGVS


Alexander & Augustinus Condiscipuli.

Al. *SVmma sit Augustine salus, te sospitet vna*
Omnipotens, isto nunc rutilante die.
Au. *Te quoque Alexander paribus de vertice summo*
Prospiciens oculis, Christus ad alta ferat.
Al. *Gratia libretur similis pro munere tanto.*
Au. *Pondere condigno libra grauata sonet.*
Al. *Si licet Augustine meis nunc reddere voces*
Vocibus, hæc referas; quo petis? vnde venis?
Nam miror cum tota micet, resonetquè per ether
Vindicis ista dies solus in Vrbe meas.
Num tibi cum reliquis Caterinæ historia certa
Non recitanda datur? quo petis ergo pede?
Au. *Est tibi Alexander mirum, quod solus in Vrbe*
Hac ferar? heu dic; num tu sociatus. ades?
Est quoque nec fallor recitandi iniuncta potestas
Et tibi, se iunctus nunc tamen inde fugis.
Al. *Haud fugio Augustine decus, sed iussus ad aulam*
Accedo procerum, nec retinebo pedes:
Debeo sub paucis precibus componere digna,
Vt nostro faueant auribus eloquio.

 Au. Et

Au. Et mihi ad eximios magna grauitate Catones
Omnia ſcrutantes, reddere iuſſa datur:
Si tenui incultum modulamur arundine carmen
Parcant, nam è paruo gurgite parua fluunt.
Al. Eſt eadem nobis igitur commiſſa facultas.
Ad Bauios Mæuos quis ſua verba ferat?
Au. Arbitror haud noſtrũ depromere, quę efflat Apollo
In Mæuos Bauios: omnia nanque ferunt.
Al. Sat ſcio nam librant mendaci pondere carmen,
Vt ſoli appareant Phębus in Orbe ſuo.
Auctor ad ingenium puerile hæc conſona bina
Effinxit, ſenſus carmina cuncta docent:
Et decuit pueros tenui perſoluere auena,
Quæ tenui ingenio condita nuper erant.
Au. Parturiunt magnas balenas ęquora; in amni
Paruo vix vnus barbulus eſſe poteſt.
Al. Vinea quam nuper plantauit ſidere Cęli
Agricola, haud gaudet pondere vere nouo.
Au. Dat bene cultus ager nobis ſua munera plena,
Quæ tenuis vitis ſemiputata negat.
Al. Herculeis humeris terrarum ceditur orbis,
Non puero, qui vix ſubſtinet exigua.
Hæc igitur valeant nobis pro munere tanto;
Expleuit penſum lingua tenella ſuum:
Tantum addam dictis quod gratas poſcimus auras,
Forſitan attentis meſſis erit melior.

F I N I S.



ACTVS PRIMVS.

SCENA PRIMA.

Maximinus, Porfirius, Vetruuius, Chorus aulicorum Maximini & Porfirij, & Chorus armatorum Maxim.

Max. AB Ioue principium; Iouis en ſunt omnia plena;
Sint quoq; vota Ioui, quem ſacra cuncta decent.
Si nos ex patria, ſi nos per & ęquora vecti
Appulimus portum; Iuppiter ipſe dedit:
Iuppiter hanc Vrbem cui ſtant primordia Nili
Subiecta, & ſeptem littora tingit aquã;
Vt quæ per ſeptem pulſat faſtigia Cęlum
Roma; hæc per totidem diuideretur aquas.
Iuppiter hunc Orbẽ: quid plura? ſat omnia gentes
Agnoſcunt pariter, ni capiantur atris.
Fas igitur nobis, ne nota paretur in illum
Criminis obnoxi, Vota referre Deo.
Tendantur greſſus: det pes veſtigia nobis:
Dentur & in templo munera ſacra Ioui:
Et quæ iamdudum præco mandauit ab ore
Cunctis, o proceres, expedienda volo.

SCENA SECVNDA.

Nuntius, Maximinus, Porfirius, Vetruuius cum reliquis superioribus.

N. SIſte parũ, pariterq; audi, quæ nuncius affert
Maxime, miſſa tibi plurima ſcripta manu.
Max. Vnde venis? Cuias es? quis te miſit ad iſtam
Vrbem? quis dedit ac iſta legenda mihi?
Nun. Niliacis oris venio; ſum ſeruus Adraſti
Nuper qui in gentes contulit acta tua.
Ipſe dedit cunctas ſignatas carmine longo,
Vt tibi noteſcat, quid gerat arte ſua.
Chriſticolæ immiſti; genus intractabile ferro;
Subuertunt populos & tua iura cadunt.
Perlege ſic capies tota vt plebecula votis
Obſequitur rudibus, nec tua vota valent.
M. Siccine Chriſtigenæ? ſic, ſic, mea tẽnitis omnes
Mandata? & veſtrum tollitis inde nefas?
Vetruui?
Vet. Quid mi Rex?
Max. Audi, & tempora dictis:
Adraſto hæc ſcribas; iſte redibit.
Nun. Eam
Mercurio ſimilis.
Max. Mea ſic fert nanque voluntas:
Vt properet penas, ſanguis ab hoſte pluat:
Chriſticolas omnes capiat, multetquè, necetquè,
Nulli

Nulli parcatur: gens inimica procul.
Vet. Mandatis parebo tuis.
Max. Qui męnia lustrant,
Cogantur nostro tanta referre iugo.
Vetruui tua cura est. dixi. hæc perfice velox;
Haud sinit omnipotens crimen in orbe suo.
Vet. Perficiã prorsus, necquicquã extorsero. Nunci
Mecum vna venies cuncta parata dabo.

SCENA TERTIA.

Christifer, Paulus.

Ch. HEu quę cõditio rerũ, male cũcta gerũtur;
Maximus in terris, maxima tetra gerit:
Qui prius armipotens vastabat męnia, & hostes,
Nunc feritate valens, conterit esse pios.
Seuit in imbelles, quos credit corpore, mente
Infirmos; o quam fallitur ipse sibi.
Appellat pecudes sumus; ecquis talia nescit?
Christus pastor adest, nosquè creauit oues.
Pa. Christifer haud credo quãquã furat ipse tirãnus
Dispergantur oues: Christus in ore mihi est.
Pastor ab insidijs tolletquè feretque leonum
Imbelles pecudes, auxiliumque dabit.
Corpora nostra valent reges obtundere cultris,
Haud animam pignus nobile corripere.
Ch. Paule hęc doctè doces; facies nõ omnib. vna est;
Non omnes Pauli fortia corda ferunt.

Mol-

Mollior eſt ætas, quæ vix tria luſtra peregit,
Mollior, & virgo, more fluentis aquæ.
Pa. Quæ libras medio in rerũ? quæ mente volutas
Chriſtifer?
Ch. Heu timeo:
Pa. Deſeret ergo ſuos
Ipſe bonus paſtor?
Ch. Non hoc, ſed noſtra voluntas
Deſerit ipſa pium; deſerit ipſa Deum:
Et quanto in nobis infirmior excitat actus
Debilior tanto deſerit omne bonum.
Multos nutrit Athos lepores, Dodona columbas,
Latratu facili territat inde canis.
Maximus eſt multo canibusque ferocior ipſis,
Latratu gemino perficit omne malum.
Quid faciet Populus, noua gens, prolesq; tenella
Chriſti? heu quid dicam, rege furente ſatis?
Conficior lacrimis, trepidat formidine pectus,
Pes labat & capiti ſtat coma rapta meo.
P. Siſte parũ lacrimas pariter mihi viſcera torpẽt,
Nec dolor in tanto præualet ipſe nefas.
Vnica ſpes virtus ſit nobis ancora firma
In Chriſtum, qui ſat protulit iſta ſuis.
Ibitis ante ſatos terræ, ad delubra Deorum
Ducemini, & vobis multa ferenda mala.
Quod prius ad noſtras peruenit ab ore magiſtri
Dimidium pęnæ, tumvè doloris habet.
Ch. Sat ſcio mi Paule hęc iam ſunt infixa medullis,
Sat teneo, at luctus præualet iſte mihi.

SCE-

SCENA QVARTA.

Caterina, Christifer, Paulus.

Ca. NEscio qs gemit⁹ castas mihi fascinat aures
Turbantur sensus; cuncta tenentur atris.
Christigenę hic adsunt summoq; dolore laborant,
Et madet in illis ruga supercilij.
Vera salus cunctis; afflictis gaudia præstet
Orbem, qui nutu temperat ipse suo.
Dicite, cur tot miscentur suspiria luctu?
Cur madida est facies vestra liquore graui?
Ch. Et tibi sūma salus, Catharina, heu tu quoq; nr̄is
Luminibus madidis addideris lacrimas.
Cum veniet nostri iustissima causa doloris
In lucem, Virgo tota madebis aqua.
Cat. Quid nā profuerint lacrimæ? si incognita casu
Sic mihi celantur? dicite vos, quid erit?
Pa. Quid lugemus virgo petis? cur mittimus alta
Męroris signa? hæc dicta repende tuis.
Si pullum vorax raptarit ab ęthere miluus,
Num gallina parens carmina lęta dabit?
Cat. Tristatur.
Ch. Lupus errantes si carpserit agnos,
Aut iugularit oues?
Cat. Planget ocule malo.
Pa. Et quid aper faciet fętum si perdidit vnum?
Aut bos in siluis perdiderit vitulum?
Cat. Cla-

Cat. Clamat, mugit, amat, perquirens omnia circū
Vt raptum inueniat.
Ch. Sic quoquè virgo ſumus.
Miluus adeſt nobis, noſtros lupus occupat artus,
Aſperior cunctis Cęſar in Orbe furit.
Chriſtigenas omnes conquirit dente rapaci;
Nuper iam infando prodidit ore nefas.
Deſtruit, & certæ ſummittit cuncta ruuinæ,
Ni capiant homines ferre delubra pedem.
Haud patitur Chriſti nomen, bacchatur in ipſum,
Multa execratur, barbara multa refert.
Nec valet (heu pietas) aliter lenire dolorem
Ni dolor hos artus conterat in cinerem.
Cat. Et quando hoc dirum Cęſar mandauit ab ore?
Forſitan eſt aliquid, quod renouare velit?
Pa. Hoc virgo ignoras? tu ſola vagaris in vrbe
Cenſeo, quæ dirum neſciat.
Cat. Eſt què nouum?
Iam ſatis audiui tranſacto tempore multo.
Ch. Maximus hoc dirum nunc dat ab ore ſuo:
Nunc, nunc, & pręco reſonans ſcelus arte repēdit,
Cogit chriſticolas reddere vota Ioui.
Ad templū properat; quid tēplū? ad turpe baratrū,
Fallor, ad Aſilum, criminis atque mali.
Impius inſiſtit præſens ad limina, cuncti
Chriſtigenę aut pereant aut ſacra thura ferant.
Hæc ego perſpexi; ſic ſtat ſententia virgo,
Sic cadit ipſa fides; ſic viget omne malum.
Cat. Chriſtifer atra canis, doleo, ſed pectus ad iſta

Virgineum, nunquam concidet imperia.
Ibo parata neci, capiam quæ dira cupido
Tendit, quidvè simul concitet iste nequam.
Interea hæc dico, nil prodest reddere voces
Immixtas lacrimis, ni referatur opus.
Nuncia sint lacrimæ pro tanto crimine vera,
Fungantur summo munere missa Deo.
Electum Christi germen, cui pectora sistunt
Fortia, delectas reddite mente preces.
Vt qui cuncta mouet, moueat tum corda tiranni
Ad mea, quæ diro, verba referre volo.
Ite domum læti, vobisque valentior aura,
Territa ne vobis inscia turba ruat.
Ferte fidem cunctis, cunctisque afferte salutem
Firmior, vt populus sistat in obsequio.
Pa. Et quo virgo Dei vestigia duxeris? ergo
Sola per hanc vrbem? sola parata neci?
Sunt quoq; virgo mihi, sunt, sūt hęc pectora firma,
Te decet a tanto sistere virgo pedem.
Ca. Quod decet exopto pro Christi nomine magno
Hac illac poplitem me dare, ferre decet.
Vos date vela Deo, precibusq; incumbite vestris,
Firmate ac animos, atque valete pij.

SCENA QVINCTA.

Paulus, Christifer.

P. CHristifer? ecquid ꝑcipio? Catharina puella
Fortior est nobis? fortior ista viris?

Sur-

Surgamus properi, aptemus veſtigia curſim,
Accelerare iuuat tempus ad omne bonum.
Pergamus viſum, quid nam faciatquè feratque
Fęmina, quæ cunctis maxima digna celi eſt.
Ch Pergamus, velutiq; decet, moueamur ad ipsã;
Ibimus hac breuius. Chriſte beate facie.

SCENA SEXTA.

Vetruuius.

V. REgis iuſſa ſatis veneratus templa Deorum
Huc vehor, vt ſecum ſacra referre queã.
Si mihi tempus adeſt libabo munere Diuum,
Aras implebo ſanguine purpureo.
Exta Dijs tradam, quæ ſi mihi lęta reſurgant,
Iuppiter in Celis, hic ego lętus ero.
Sed cur ſic properans calcando Maximus aruum
Huc redit e templo? non bene currit opus.

SCENA SEPTIMA.

Maximinus, Caterina, Porfirius, Vetruuius, Chorus Aulicorum Max. & Porfirij, & Chorus Armat.

Max. VIrgo ſuperba ſatis, quod ſi tu nata fuiſſes
Vt reliqui obſcuro ſanguine chriſticolę,
Soluiſſes penas condignas crimine tanto,
Supplicium capitis, nec tibi verba forent.

Cat. Quid

Cat. Quid iuuat, o Cęſar, veterum tot ſtēmata regū
Iactare? haud preſtat Verba tot iſta genus.
A Patre principium ſummo, cui Chriſtus adheret
Filius, emanat candida nobilitas.
Ipſe dat eloquium, ſic ipſe mouetque, fouetque
Omnia, quæ tuto Spiritus intus alit.
Imperat ipſe mihi liceat deponere pompam
Alloquar & tecum, quæ mihi nota facit,
Max. En tua te capiunt virgo tot ſomnia, mentem
Experior captam pondere turpe tuam.
Iam reſupina iaces, pandunt ſua carbaça circum
Tartara, quæ tollunt omnia cara tibi.
Euigila virgo, demptaque caligine mentis,
Funde Ioui laudes, & reſipiſce meis.
Cat. Siſte gradū Cęſar, nec me mea ſomnia tāgunt,
Somnia non ſunt quæ ſomnia voce refers.
Tu reſipiſce meis, tu veris nanque tenebris
Detentus, credis ſomnia quæ rutilant.
Sic cæcus cæcos ducit, ſic ſurdus ad aures
Alloquitur, demens, ſic putat omne genus.
Tu Cæcus Cæſar, tu ſurdus ſomnia fingis,
Tu demens neſcis, quæ tua verba ferant.
Et furis in Chriſti germen, perſoluis honores
His, quos ignoras, quos tenet atra palus.
Turpe viro chaliben martis ſine lumine veri
Tractare, & turpe eſt tot ſine mente loqui.
Et tibi turpius, o Cæſar cumulare Deorum
Nomina, dum neſcis reddere vocis opus.
Vnus adeſt cunctis, qui totum temperat orbem,
Vnus

Vnus summus adest, vnus in Orbe Deus.
Hæc quæso Cæsar, si te tua lumina tangunt
Ingenij, capias, tumvè librare scias.
Si Deus est æui pater, a quo cuncta reuiscunt,
Iuppiter est æui? an tempore natus homo?
Multa fuere prius, quorum dic, quis Deus? ergo
Absque tonante Deo, multa fuere prius?
M Proh facinus: quis te hęc docuit? q̨s talia finxit?
Impius internis crimina sacra tuis?
Hæc virgo recitas? hæc virgo pandis ab ore?
Hæc mihi tot pangis crimina cęlicolum?
Ferte citi ferrum; date tela, ignemque, necemque
Huc properate simul, cuncta parentur atra.
Ch. Ar. Vlla mora haud est, o Cęsar, sic postulat vsus
Noster in obsequium Principis, atque Iouis.
Cat. Sic furis o Cæsar? quæ te dementia cępit?
Noctua sic lucem negligit, atque fugit.
Max. Hæc etiam iactas infelix fulmina pestis?
Cat. Quæ refero pacis nuncia clara satis.
Max. Num quæris pacem?
Cat. Pacem; si condita veri
Tetris è tenebris, ducta reducta micent.
Max. Iusta petis; fiet. soluatur virgo rudente,
Ducatur tectum, Regia carcer erit.
Interea præco noster per menia, & vrbes
Conueniat cunctos, ære stridente sophos.
Huc properi gressum moueant, & ad alta theatra
Accedant hylares; dogmata sacra ferant.
Vet. Sic fiet celerique gradu calcabitur orbis;
Iussus

Iussus adimplebo tempore cuncta breui.
Sic crebris veluti rota, curis aulicus errat
Nunc huc, nunc illuc tendit, habetque pedes.

SCENA OCTAVA.

Angelus.

An. INsolitum callem repeto demissus ab alto,
Et volucri similis nuncia sacra fero.
Prospicit Omnipotens Asiã, populumq; ferocem
In Christi sponsam, tela parare necis.
Maximus hinc ardet, cupit hinc & regia tellus
Vulnere lęthali carpere multa simul.
Carpiet imbelles, quos se sua dira cupido
Strinxerit implicito turpe ligante nodo.
Inuolitum nunquam crimen, ni conscia virtus
Pectora percutiet lęsa furoris atri.
At mihi tẽpus adest, quo sponsæ cuncta rependã,
Fortior vt cunctas conterat insidias.

SCENA NONA.

Vetruuius.

V CVncta fuere satis deprõpta ex ordine regis,
Miror, cur tacitus transeat iste dies.
Nullus adhuc Iouis accelerat, templique sacerdos
Gressum, dum Cęsar conuocat ore suo.

Maximus haud patitur tempus ſine carminis vſu,
Vt natam Coſtæ conterat eloquio.
Protrahitur ſic tempus fruſtra, & ſecula mille
Vna ſtat hora ſibi, cuncta videntur atra.

SCENA DECIMA.

Vetruuius, Nuncius.

Nun. ITo Vetruui ito, te expectat Cęſar in aula,
Iam celeres cuncti comparuere ſophi.
Regia iam reſonat muſarum carmine dulci,
Certatur lingua, conſilioquè ſimul.
Vet. Quando grate puer venere virique, ſophique?
Lętor quod regi proſpera cuncta cadant.
Nun. Nuper iam acceſſi, ſeclique effeta ſenectus,
Turba ſacrata Ioui me comitata fuit.
Vet. Pergamus, greſſumq; ſimul tendamus ad aulã,
Iſtac tu propera; nam tibi grata quies.
Nun. Grata quies iã fateor; at qui ex ordine pendet,
Haud valet ex illo munere ferre pedem.
Ito Vetruui felix, nam mihi reſtat agendum,
Quod ſuper iniunxit maximus imperio.
Sed peius miſeris, qui Chriſti nomen adorant
Vndiquè ſtat fletus; pulſat & aſtra dolor.
Nec tamen immerito Cęſar, qui regnat in orbe
Carpitur a lacrimis, nec piger alta gerit.
Oris Niliacis tot ſunt ex germine tanto,
Iuppiter vt penas exiget inde ſuas.

SCE-

SCENA DECIMAPRIMA.

Mutatur in aulam regiam.

Maximinus, Caterina, Porfirius, Angelus; Chorus Sophorum, Chorus Aulicorum Max. & Porfirij, & Chorus Armatorum.

M. EN tibi tãtus amor pãgendi carmina, Virgo
Inuenies tandem, qui tua dicta terat.
Fortia ferte sophi in medium delemmata vestra,
Pignora virtutis, martis & artis opus.
An. Ne timeas virgo, frangentur dicta Sophorũ,
Tecum Christus adest, qui bona cuncta docet.
Cat. Verba ligãt homines si ducta per ęquora veri
Appulerint portum, littora grata Deo.
Assurgant igitur dictis, referantque loquendo,
Cur mortalis homo tot det in Orbe Deos.
Cur Christum damnet, Dominũq. Deũq. repellat
A quo vera salus, manat, & omne Bonum.
Ch.S. Et quæ iura finũt proceres, Romanaq. pubes
Ad vestras aures tot resonare mala?
En loquitur; loquitur? blasphemat voce Tiestes;
Cętera numve patent ex oriente die?
Principium dat vela suis ab origine tanto
Turpisonis verbis turpia facta canens.
Cępit ab infando qui tandem morte peremptus,
Vt reus in ligno sanguine soluit opus.

Cha. Principium cępi a quo manāt dogmata vera
Vita ſalus nobis; atque perenne bonum.
Ch.S. Immo perenne malū: ſuſpenſus dicito turpi
Ligno nonne Crucis perdidit omne decus?
Eccine cui noua gens, cui delibatis honores,
Eccine cui miſeri funditis ore preçes.
Cha. O cęcum mortale genus ſine lumine veri
Incidit in ſirtes, neſcit & acta boni.
Attamen hæc repetam cęcis ab origine mundi,
Quem Deus vnus ouans ore creauit amans.
Numina non mille vt falſo veſtigia mentis
Impreſſit Babilon, dum dedit ipſa Chaos.
Vnus in orbe fuit, qui eſt, & qui ad ſecula ſemper
Non moriturus erit, ſi moriturus adit.
Vnus motor tantum, vnus qui cuncta creauit,
Qui dum mota mouet non moueretur idem.
Iam patet hoc opus, & iam ſi tot limina Cęli
Librantur, veri pondere nota canent.
Denique ſunt adeo ſimili compagine iuncta,
Vt cunctis ſit opus poſcere principium.
Ch.S. Hoc Virgo fallax verbo componere credis
In patrem Chriſtum, quem cupis eſſe Deum?
Iam tua te fallunt verba, & tua crimina præſtant
Tot tenebras: ipſis capta per atra meas.
Principium Deus, hoc eſto, ſed Chriſtus a tanto
Diſcrepat, eſt natus tempore factus homo:
Filius eſt fabri, & tractans fabrilia patris
Eſt paſſus pœnas, quas tulit ipſe ſibi.
An. Eia hic rūpe moras Caterina, adducito palmā,

Ster-

Sternito nunc verbis Virgo beata ſophos.

Cat. Hic vos optabam, vos hic & ad ardua veri,
Vt Chriſtus pateat natus homoque, Deus.
Primus in orbe parens deceptus voce ſuperba
Serpentis cecidit, corruit in laqueum.
Pondere natorum magno mox turba grauata
Supplicium mortis nexia cuncta tulit.
At Pater Omnipotens noſtri miſeratus amorem
Crimina noſtra tulit, præmia multa dedit.
Haud poterat mortale genus perſoluere quicquã
Pro ſcelere, heu, tanto; ni Deus eſſet homo.
Hinc elata fuit Bethlem ſanctiſſima tellus,
Hinc virgo alma parẽs, hinc memorãdus amor.

Ch. L. 1. Conflictor riſu;
2 Et quoque riſu torqueor angor.
3 Condita ſunt riſu verba puella tua.
1 Quid narras?
2 Quid tu memoras?
3 Quid prefer ab ore?
1 Num Deus omnipotens non fuit ipſe potens?
Chriſtus iam paſſus.

Cat. Paſſus.

1 Deus ergo vocandus?

Cat. Hoc petis?

Ch. L. 1. 2. 3. Hoc petimus.

Cat. Dogmata veſtra docent.
Num Plato veſter mendax? nũ quoq. veſtra ſibilla
Præter fatidicos dogmata falſa canet?
Virgine naſcetur, dixit, morietur in alto:

Ecce beatus erit, qui bona cuncta dabit.

An. Vicisti virgo Caterina.

Ch. S. Hæc fateor ore,
Mente, simul corde hæc fateor esse satis.
2 Concutior tactu veri; tum serpit ad artus
Nescio, quid dignum, quod mea corda ferit.

SCENA DECIMASECVNDA.

Maximinus, Caterina, Angelus, Porfirius, Chorus aulicorum Max. & Porf. Chorus armatorum, Chorus satellitum, & Carnifex.

Max. QVid video? quidve audio? sic stat turba sophorum?
Sic tacet, atquè silet? femina sola canit?

Ch.S. Vera canit virgo sua sunto verba salutis,
Nostra fides prestat, dogmata falsa Dei.

Max. Infandum scelus: en sic stat sapientia vestra?
Fęmina sic vicit?
3 Vicit o Cęsar, ita.
Christum fatemur, iactisquè ad sidera palmis
Te colimus cuncti Christe beate parens.

Max. Eia, quid hic statis? vos vos hæc ocia tollant,
Armati? hic dirus Mulciber atra gerat.
Hic fornax ardens, flammis crepitantibus atris
Accipiat lentos, vret in igne sophos.

Ch.S. En virgo sapiens. Virgo miserere laborum.
Fatemur Christum, Christus in ore sonat.

2 Da veniam virgo, ne ſic moriamur inertes,
Poſcimus vt corpus cęlica tingat aqua.
Ca. En Chriſti athletę, en veſtro modo sãguine tãdẽ
Aſperſi, ad Cęlum pergitis alta poli.
Hæc ſpectat Chriſtus, nam tanto milite complet
Regnum venturum.
Max. Quid Caterina canis?
Ducatur proceres, ducatur ad alta theatri,
Vnde educta foris.
Ang. Perge puella domum,
Ne timeas modo virgo, dabit Deus his quoq. finẽ,
His quoque finis erit, iam micat ipſe polus.

Scena ex parte mutatur in fornacem ardentem.

Ch. S. Suſcipe Chriſte parẽs animã, dũ corp⁹ in igne
Vritur, & patiens plura referre nequit.
2 Sordes ſic Ieſu bone noſtras ablue cunctas
Et flamma hæc rutilans purget in igne nefas.
3 Suſcipe Chriſte Deus, quos ſacro ſanguine fuſo
Ad te traxiſti; tu miſerere reis.

Scena velatur.

Chorus

Iam ſatis diri feritatis auctor
Præbuit cunctis famulis rubente
Dextera, & magnas iaculatus arces
Terruit Vrbem:

Terruit vaſtas Aſiæ paludes
Cęſar haud parcens puero, ſenique
Semen infundens ſuper ora Nili
Criminis atri.
Virgo dum circum uolat, & cupido
Pectori firmat cohibere dirum,
Ne grauis clangor reſonaret atra
Vltima pandit.
Cęſarem ſpernit, negligitque ſophos,
Luce, quæ Solem ſuperant, rependit,
Edocet cunctos, loquitur, canendo
Dogmata vitæ.
Condito linguæ feriente telo
Mitis accedit, placidoque vultu,
Verba ſignando paritate veri
Turba ſophorum.
Nec venenatis calamis adhærens
Ipſa ſuſpendit chalibem mucroni;
Sed neci occurrens medicatque plagas
Stigmate ſacro.
Lęta cum Sponſo Caterina vindix
Innouat geſtum, ſociosque pangit,
Quos prius paulo facili latratu
Dixerat hoſtes.
Ecce nunc victrix modulatur acta,
Excitat vates rutilante flamma,
Pandit, & ſumma charitate capta
Pectore, voce.

FINIS.



ACTVS SECVNDVS.

SCENA PRIMA.

Maximinus, Caterina, Angelus, Vetruuius, Porfirius, Chorus aulicorum Max. & Porf. & Chorus armatorum.


M. SIccine niliaca ó virgo tot ſpernis honores?
Siccine, proh infandum, cōteris ipſa diem?
En tibi ſat fulget formæ bene culta venuſtas,
En tibi ſtat cultus corporis eximius.
Quod tibi concedit virtus, quod amica tuorum
Progenies, ſerua, digna puella Ioui.
Ex Coſta ſata rege atauorum germine magno;
Qui coluere Deos, quique tulere ſuos.
Si mea verba feres, mūdum venerata per omnem
Suſcipies mecum ſceptra regente manu.
Ca. Munera nō proſunt mihi, ſint tua munera tecū,
Turpe lucrum pandis, quod breuis hora terit.
Si ſaperes Cęſar rebus fortaſſe futuris
Conſuleres miſeræ proſpiciens animæ.
In ſcelerum maculas forſan detentus habenis
Incideres? nunquam: nec tibi pœna foret.
Surdus adhuc, cęcus, claudus tibi littora ſulcas,
Et bona prommittis quæ mala cuncta ferunt.

Max. Sic

Max. Sic igitur demens ſpernis præſentia vitæ?
Incauta, & ſperas præmia vaniloqui?
Eſto meis ſapiens virgo, tibi conſule, num ve
Fronte capillata ſemper in orbe Dea eſt?
Annus nec ſemper præcinctus tempora palmis,
Auricomam ſemper nec gerit ipſe bonum.
Cat. Nec gerit ipſe malũ ſemper, ſic pręmia mundi
In terris pereunt; cælica ſemper ouant.
Semper in Empireo cum Chriſto prata vireſcunt,
Et grauido Autumno non perit ipſa dies.
Teſtes eſto ſophi, quos tandem cęlica moles
Igne rubente tulit; teque furente tenet.
Mente ſub infanda voluiſti pręmia mortis;
Eccine quæ preſtant munera parta ſibi.
Sunt tua chriſticolis o Cæſar plena venenis
Munera; quæ credis, munus onusque legunt.
At quæ excandeſcens præſtas ſine lumine mentis,
Præmia parturiunt, quæ ſine fine micant.
Ma. Tam tua verba nocent? tantoq;es capta furore
Virgo oblita tui? ſic mea iuſſa colis?
Cat. Nunquam te colui, ſemper tua iuſſa pependi.
Expers conſilio num venerandus erit?
Max. Eia quid hic pietas? plectetur virgo per artus
Crebris verberibus; fęmina digna mori eſt.
Rumpite nanque moram; vos vos afferte flagella,
Accipiat demens munera grata ſibi.
Vet. Lenti num armati capitis mandata ſuprema
Cęſaris? eia viri tela referte citi.
Ch. arm. Ecce parata vigent iam cuncta.

Cat. O

O Cęſar ad auram
riſti nunc ducis verberibus famulam.
Verbera ſi preſtant flores, ver talia ducens
eſciat occaſum.
Chriſte beate parens
epeto tua ſponſa torum; tu ſuſcipe gratos
mplexus; ſint hæc oſcula grata tibi.
. En Caterina ſalus, hęc sũt medicamina vitæ;
ponſus adeſt tecum, floridus ecce venit.
virgo redolet ſponſus, ſic lectulus ingens;
n Cęlis redolet floribus, ambroſia.
r. Spreuiſti Caterina bonũ, nũc ſuccuba crebris
Verberibus pœnas ſoluis, & atra tenes.
reuiſti regale decus, palatia noſtra,
Nunc tua ſuſcipiet corpora parua domus.
rcer ater capiat, nox ſemper ſumma dehiſcat,
Omnino & victus ſtet procul ore ſuo.
ng. Plus valet in terris nutus dominãtis olimpo,
Quam vires diri Principis.
).ar. Eia veni.
at. Lęta ſat accedo.
h. ar. Te expectat regia; demens
Si cordi ſtarent hæc tua verba meo.



SCE-

SCENA SECVNDA.

Maximinus, Porfirius, Vetruuius, Chorus aulicorum Max. & Porf. & Chorus armatorum.

M. HÆc ita gesta volo; nũc dũ ꝑperat⁹ Adrastũ
 Cõtẽdo; haud careãt menia nostra Duce.
Porfirius tua cura sit inuigilare per vrbem,
 Vt bona cuncta cadant, nec sit in vrbe malum.
Quæ modo detenta in vinclis sine lumine victu,
 Ac potu pereat: sic mea iussa ferunt.
Por. Maxime q in terris meritò dominaris, & vltra
 Poplite sic flexo laus stat in ore mihi:
Quod si me tali, ac tanto non dignor honore,
 Dignabor dictum, consiliumque tuum.
Omnia perficiam, velox, tu audentior ito,
 Iuppiter & faueat, numina cuncta quoque.
Max. Bis sex haud mũdũ lustrabit lumine Phębus,
 Cum dedero rebus vela secunda meis.
Por. Sospitet aura Iouis, simul & vestigia notet,
 Ducat, deducat, dirigat ipse pedem.

SCENA TERTIA.

Christifer, Paulus.

Ch. SI mihi tot linguę, quot sidera pãdit olimp⁹,
 Mi Paule, haud possẽ cuncta referre simul.

Pau. Et

Pau. Et mihi si linguæ totidem, quot littus arenas,
Christifer, haud possem carmina pauca dare.
Chr. Ipse verebar enim crudeles Cęsaris iras,
Nè populus Christi sperneret atra pati.
Virginis at postquam Catharinę hisce auribus ausi
Doctiloqua; en firmus pello, repello metum.
Pau. Vera fides Christi, quia Christus vera repēdit,
Hæc docuit virgo, quæ tetigere Sophi.
Chr. Seuior & quanto beluis fuit ipse tirannus,
Tanto lucidior fulsit in orbe fides.
Vidisti expertus mirum, quæ dita cupido
Cęsaris effecit? quæ tulit inde mala?
Christigenis firmata fides, tum iudice tanta
Virgine, certatim plurima turba meat.
Pau. Ecquis, ni tantum Cęsar spatiatur in atuo
Ad mortis tenebras orbus in vrbe sua?
Ad medium noctis pictas dum nostra tenebat
Corpora pro tanto munere grata sophis:
Ecce polus micuit, tum sidera cuncta sophorum
Funera concentu digna tulere graui.
Chr. Haud equidē miror, si in terris ledere fornax
Est verita; in cinerem corpora nec retulit.
Arboris est viridæ summis obsistere flammis;
Cum Christo & virides non periere Sophi.
Interea Catharinæ summo incendor amore,
Destituor sensu, quo petat illa pede.
Num modus vllus erit, mi Paule, ad limina duci?
Poscere quid virgo nostra beata gerat?
Pau. En video turbam clipeis, telisque micantem,
Posti-

Poſtibus euulſis ianua cuncta patet.

Chr. Cęſaris eſt vxor, ſpectemus, eamq; ſequamur,
Forſan erit miles, qui bona verba ferat.

SCENA QVARCTA.

Imperatrix, Porfirius, Chriſtifer, Paulus, Chorus aulicarum, Chorus aulicorum, & Chorus armatorum.

Im. SOmnia ſunt nobis certiſſima verba Deorũ,
Noſtris ſi volumus credere fatiloquis.
Sunt etenim linguæ memorantes geſta per orbem
Suntq; tubæ rerum, quæ ſacra cuncta canunt.
Quando grata quies noſtros arctiſſima ſerpit
Senſus; tunc nobis concinit ore Deus.
Sic mea, quæ pietas, ſic ſtat ſententia veri,
Quamquam non ſemper ſomnia lęta ferant.
Porf. Alta ſatis repetis, mediumq; attingit honoris
Eloquio tanto regia lingua tua.
Si caneres nobis maiorum exempla tuorum
Plurima firmabis, quæ modo verba refers.
Attamen in cauſa hac vereor, ne fallus Apollo
Concinerit Graijs carmina vaniloqui.
Imp. Cur bone princeps iſtud?
Porf. Pax ſit, & affer ab ore
Principium facti, ſomnia quæque tua.
Imp. Iam dixi, vt mecum ſtabat per limina centum
Elata ad fęlix imperiale decus.
Vna puella tibi, & mihi non incognita caſu,

Pul-

ctrior Empireo, doctior atque Ioue.
it, iam retuli, Catharina, & stante corona
sarum, cunctis pręmia digna dabat.
us & mihi selectam, gemmisque refertam
eolam digno pondere sępe tulit.
Pace tua dicam Regina, & parce loquenti;
m credendus erit tantus Apollo tuus?
irgo in vinclis, iam scis, detenta per optat
uere & linguam, si modo viuit, aqua.
t auxilio, secum stat inopia rerum,
: bona ferre potest, quę mala cuncta tenet?
t tamen immēso spectandi incēdor amore,
: sine te possum vela referre meis.
Scis regina viri mandatum?
En conscia facti
n satis: vxorem Cęsaris ista decent.
re haud illam tento, nec ferre salutem:
oquar vt secum sola cupido mihi est.
Eia viri cursim custodem adducite nobis,
i tenet in vinclis viscera rege sata;
n si fata modo seruant; si vescitur aura
herea; aspicies, grataque verba dabis.

CENA QVINCTA.

atrix, Porfirius, Christifer, Paulus, Chorus auli- ., & aulicorum, Chorus arm. & Custos carceris.

Ela veni custos; propera, te regia virtus
Postulat è tenebris; Porfiriusque simul.

Chr. Lę-

Chr. Lęta salus Paule, hic nobis optata patebunt.
Ch.arm. Rumpe moras surdus, negligis imperia?
Cus. Quid petis? o prīceps salue, & tu Cęsaris vxor:
Insolitum video; Quid tua iussa ferunt?
Por. Dicito si tetris Catharina hic occubat vmbris,
Auram si carpit, si modo viua meat.
Cust. Vera tibi reperā; Carcer densissimus vmbris
Cępit, adhuc tandem viua sepulta iacet.
Testor nanque Iouem, mortalis nullus ad istas
Æde perrexit, tartareasque domos.
Et tamen ipsa viget; quod mirū, & corpore firma,
Passa vt non esset verbera carnificum.
Porf. Quis dedit & victum?
Cust. Princeps tibi falsa referrem?
Pœna cadat capiti si tibi falsa fero.
Nullus. sed superat mentes quod denique vidi
Nuper cum accessi męnia cuncta cribrans.
Nox erat in terris; cingebant corpora densæ,
Atque Vmbræ nigræ; sic erat atra domus:
Sic stat perpetuis nanque inuoluta tenebris
Exosa ignifero, negligit ipsa diem
Atra palus similis, tetro fetore replentur
Omnia, & offendit corpora fumus ater.
Porf Quid fuit inde?
Cust. Ecquid fuit? admirabile dictu,
Ipsa domus micuit, fulsit & inde dies.
Nec tantum redolent sacris delubra Deorum,
Cum thura adduntur, munera sacra Ioui:
Quanto tota domus, mirum, spirauit odore;

Fla-

lagrat adhuc redolens, nec finit intus odor.
Chriſtus cuncta poteſt.
Regina quid audio ab ore
uius?
Num modo ſtat plena, micatque domus?
Hoc ſcio, quod refero, veniat ſi vera peroptas
x iſtis vnus, dicat & ipſe tibi.
Teſtis erit mecum regina, & talia cuncta
i capient oculi.
Lętor adire licet.

SCENA SEXTA.

s Aulicorum, & Aulicarum, Chorus armatorum, Chriſtifer, & Paulus.

CVr nobis etiam cernendi tanta facultas
Nō datur? en ſpirat. ſentio, gratus odor.
at tota domus, nec tam bene olentia circum
mpore prata nouo prędita odore vigent.
quidve erit? aut pandit ſua munera flora,
t ipſe omnipotens grata liguſtra ſerit.
ui ſunt iſti, qui nobis męnia luſtrant?
u quid vos petitis? ſiſtite quęſo pedem.
ri fortes, properate, adducite gentem
ternam: fugiunt. ducite Porſirio.
Quid petis à nobis? ſteteramus gaudia dantes
rporibus capti nectare dulce Dei.
s odor noſtros (num mirum?) ceperat artus,
C Mox

Mox veriti veſtra voce dabamus iter.

Ch.au. Quem colitis?

Pau. Regem.

Ch.au. Quem regem?

Pau Cuncta tenentem,

Nutu, qui verbo condidit omne ſuo.

Ch.au. Eſtis Chriſticolæ?

Chr. Chriſtum fatemur ab ore

Ch au. En fuga veſtra patet.

Chr. Non patet inde malum.

Haud fugimus veſtras iras, nec iuſſa tiranni,

Nec veriti paſſus timida vela dabant.

Ch.au. Gens inimica Ioui tanta eſt audacia veſtra?

Num cęcinit ſurdis pręco ſonante tuba?

Chr. Haud cęcinit ſurdis pręco, ſed talia noſtra

Haud ſinit alma fides, quam Caterina colit.

SCENA SEPTIMA.

Imperatrix, Porfirius, Chriſtifer, Paulus, Cuſtos carceris, Chorus aulicorum, & aulicarum, & Chorus armatorum.

Cuſ. GArrulus hic forſan q̃rit cõtẽdere in antrũ?

Quis garrit dirum, garriat in cauea.

Accedat.

Ch.au. Cuſtos dico ſunt, qui carmine tetro

Chriſtum fatentur.

Porf. Magna virago docet.

Imp. Et

magna & vera, & q̃ nũc docet alma sacerdos
bages soluunt: stat sibi vera salus.
Qui sunt captiui, quos vestra ad męnia vitæ
xtera perducit?
Spernit vterque Iouem.
hristicolę o princeps, ambo libamus honorē
risto, qui nutu temperat omne decus.
Christicolæ?
Est ita.
Christicolæ.
Iam soluite cunctos.
tu custos, pręmia multa feres.
mecum venient isti.
sibi numina Princeps
spera cũcta precor, tum cadat omne bonũ.

CENA OCTAVA.

s, Imperatrix, Christifer, Paulus, Chorus auli-um, & aulicarum, & Chorus armatorum.

NE properate pedes, hic mecũ sistite cari
Christigenæ, nec vos territet ira Iouis.
t vis, sic facimus: quamquã nos territat ille
valet & corpus perdere & ingenium.
Dic aliquid nobis, forsan narrare licebit
gine de tanta, de rutilante domo.
Vera mihi custos retulit; mox talia vidi,
e superant sensus, dicere nec valeo.

Spirat tota domus, non carcer, regia, credo,
Cęlicolum, facies virginis inde micat.
Imp. O cari si gressus mecum ad limina vitæ
Hinc dederatis, ibi gaudia magna forent.
Quod si hic in terris mentem mortalia tangunt,
Cęlica quid facient? terrea cuncta ruunt.
Mendax qui Elisios fingit, sat virgo loquendo
Ostendit. dixit, tum tetigere manus.
O fęlix, o grata dies, qua virginis ędes
Perrexi visum, dignaque tanta tuli.
Porf. Cum petij limen, cum vidi virginis aras,
Insolitum cępi reddere vocis opus.
Me captum, quid plura? & tecum fateor vna,
Quod Caterina dedit, quod Caterina tulit.
Eia viri mecum falsos propellite Diuos,
Vnus Christus adest, verus & ipse Deus.
Ch.au. Quid princeps loquitur?
Imp. Loquitur, quæ pręmia vitæ
Præstant, & sunt dogmata vera Dei.
Chr. O Christe omnipotens.
Pau. O Christe pijssime nostras
Sic voces audis, solus in ore meo es.
Ch.au. Iuppiter in tēplo, nec non simulacra Deorū
Spernenda?
Porf. Infęlix, numina falsa sonant.
Sunt figuli, num ve ignoras? similesve labores,
Est opus incultum, quod dedit vna manus.
Hoc igitur Deus? haudquaquam; sit causa bonorū
Vera salus, primus motor, & ipse Dęus.

Chr. Chri-

hrist⁹ corda mouet; nec sol detēt⁹ in vmbris
grescit, semper lumina lęta tenet.
Pergamus regina domum.
Ducamus & istos
risticolas.
Fiat, pergite Christigenæ.

SCENA NONA.

Nuncius.

MAximus accelerat gressus, & tēdit ad vrbē,
Nec procul hinc equitat. nūcia tāta fero.
os Christigenas cępit, multosque ligauit,
ultos & tandem morte necauit atra.
aliter possunt mundo depellier isto
rbara ni tentet pręmia dira manus.
gaudebit, gaudebit Cęsaris vxor,
bs quoque gaudebit rege petente lares.

SCENA DECIMA.

inus, Vetruuius, Chorus aulicorum, & Chorus armatorum.

Vppiter altitonās, qui me comitatus ad vrbē
Duxisti, has laudes concino vota preces.
e iam tanto Vetruui en męnia nostra
camus, tandem soluere sacra decet.

Templa Iouis repetam; tu noster fidus amicus
Ito ad custodem carceris, atque iube:
Vt corpus putridum Caterinæ turpe cadauer
Adducat nobis, hostia turpis erit.

SCENA DECIMAPRRIMA.

Vetruuius, Custos Carceris.

V. MAximus hoc fiet, nunc do vestigia cursim
Carceris ad limen, perficiamque tua.
Eia foris Custos.
Cust. Quid nam tua dicta rependunt
Vetruui?
Vet. Præstant hæc mea iussa bona:
Vt Corpus Caterinæ tu modo ad alta theatri
Cęsaris adducas; Cęsar & ipse petit.
C. Haud humeris corpus referã, quia viuit in antro
Ipsa suo veniet tanta puella pede.
Vet. Viuit? quid tu narras?
Cust. Viuit, & omnia cernit,
In tenebris viuit noctua facta Iouis.
Vet. Iam meritas pęnas solues.
Cust. Cur & atra subibo?
Non timeo pęnas, dantur & atra reis.
Vet. Eia nequã similes cũctas tibi conuoca gentes,
Fac Caterina ruat, pręcipitato moram.
Cust. Adducam viuam.
Vet. Properato, perfice velox;
O quam sunt lenti. pęnaque digna dabit.

SCE-

CENA DECIMASECVNDA.

Vetruuius, Caterina, Custos carceris, Satellites.

RESpice si viuit Vetruui; est altera Circes,
Altera medea est, altera virgo mala.
Es Caterina o virgo? tu ne es filia Costæ?
Filia sum Christi, Sponsa, puella Dei.
Maximus hanc vocē capiet: nec somnia fingo
ccelerate pedem, sistite. Cęsar adest.

CENA DECIMATERTIA.

minus, Vetruuius, Caterina, Chorus aulicorum, horus armatorum, Custos carceris, Satellites.

MIsisti o Cęsar Caterinę, vt turpe cadauer
Hostia ducatur; respice viua meat.
Nū mea sceptra cadūt? custos quis talia fecit?
uis dedit & victum? sic mea iussa colis?
Cęsar vera fero, & capiti, si falsa rependo,
lmina corripiat Iuppiter ipse meo.
us ad internam seclusam luce peregit
ressum; nec fallor,
Cur modo viua venit?
, quid video, sic stat sententia cunctis?
a viri ferrum, sanguis & atra simul.

Cat. Cęſar vana refers, non hi ſed cęlica virtus
Me eripuit tantis fortiter inſidijs.
Fruſtra eſcandeſcis, fruſtra tua dira cupido
Territat in famulos, omnia Chriſtus agit.
Verbera carnificum, tam ſic infixa medullis
Chriſtus deleuit, tum bona cuncta dedit.
Max. Heu ſic contemnor?
Vet. Cęſar ne corrue morti,
Siſte parum Cęſar, ſuſcipe verba mea.
Eſtque genus quoddam tormenti, ipſumq; paratū,
Curates fecit clarus in arte ſua:
Stat rota fixa crebris, dirisque cacumine cultris
Curuato, & lances vertice ſæpe ſonant.
Hanc capito Cęſar, mediamq; imponito tantam
Indignantem animam; ſic furat ipſe furor.
Pręlia non tibi mortis, non iraſceris ergo,
Ira ſit in tantam, quæ tua iuſſa terit.
Max. Sic fiet, properi ad molem contendite curſu,
Curates veniat; ducat & inde rotas.
Regia clauſtra volo faciant inſigne theatrum;
Rumpite vosque moram, præcipitate diem.
Cat. Sic furis, o Cæſar? ſic ſtant præcordia mentis
Cuncta oblita ſui? nec mea geſta mouent?
Qui me curauit, qui me quoque pauit in antro,
Ipſe dabit vires, fortia corda feret.
Inde quid infelix tentabis? pugnat in orbe,
Chriſtus, Chriſtus adeſt, qui teret omne tuum.

SCE-

CENA DECIMAQVARCTA.

minus, Vetruuius, Caterina, Angelus, Curates, Chorus aulicorum, Chorus armatorum, Satellites, Carnifex.

TEmpus adeſt virgo, quo tādē Chriſt⁹ arenā
Deſcendat, pugnam ſuſcipiatque ſimul.
empus velox, iam tempus præuolat, inſtat,
pecta Chriſtum, qui eruat iſta tibi.
acra fides pietas, ſperantē num ipſa fefellit?
nquam, nec fallet; ſpes mea magna ſatis.
Ecce potens Cęſar, ſic artus conterit omnes,
laniat cultris ęre rubente rota.
Imponito mediā Caterinam, tumve flagellū
rtite, qui ſcitis talia ferre manu.
ia veni virgo, poplitēq; hinc vertito dextrū,
nc læuum.
Virgo viua meabis iter
Iouique preces, reſipiſce, & munera vitæ
liceor.
Chriſtus ſolus in ore meo eſt.
Sic demens ſpernis vitam?
Mihi vita beata
n Chriſto ſola eſt.
Vertite ſępe rotas.
nnipotēs, qui cūcta teris, qui cūcta gubernas
miſere mihi. Suſcipe Chriſte preces.

Hic

Hic Terremotus.

Ang. Ne timeas virgo; Sponſus qui prælia temnit
Conterit ecce rotas; conſulit atque tibi.

Rotæ franguntur, Terremotus ſequitur cum cede multorum, & Scena velatur.

Chorus.

Dum virgo remeat ſacra per æthera
Plauſtrorum gemino vertice maximis
Occurrit grauidus Sponſus honoribus
Rex regum pater omnium.
Fit Currus volitans nauis olimpica,
Virgo peruigilans nauta, per omnia
Inſurgit ſuperus, ſubleuat eleuat
Nantem, ſidus, & omina.
Curſim nubigeno flamine condito,
Tiranni rabiem Cęlicus imperat
Deuinci; ſuperat nauis, & horrida
Frangendo, terit æquora.
Ecquis nam poterit cuncta retexere
Quæ Virgo attulerit puluere olimpico?
Sponſo ſuſcipitur, metaque nobilis
Præſtatur: bona gloriæ.

FINIS.



ACTVS TERTIVS.

SCENA PRIMA.

Maximinus, Imperatrix, Vetruuius, Chorus aulicorum, & Aulicarum, & Chorus armatorum.

Imp. QVæ tāto o Cęſar ſtruxere palatia reges,
Quæq; aptare loco, ſic terit vna dies?
Inſtant nunc alij ardentes deducere muros,
Agmine tu facto męnia facta ruis.
Credis, quod tantum ſcelus, heu, non creditur vlli?
Exoſus cunctis pręmia digna feres.
Impietas, ipſa impietas dominatur in omni,
Hac regitur mundus, Cęſaris imperio.
Max. Quid regina refers? inſanis? & iſta rependis?
Et quæ eſt impietas? quæ mala facta gero?
Imp. Exuat Oceanum, vertitque ad ſidera arenā,
Eurus ſi ſpirat, ſi flat ab igne notus.
Num pietas Cęſar Chriſti præuertere cultum?
Vrbs antiqua ruit; ſtat populusque cadens.
Hæc pietas? lege, nec non mentē ad ſtrata viarū
Flecte parum coniux; reſpice, cuncta ruunt.
Optaſti Catharinam infando crimine motus
Ad manes? dic nunc, quot periere tui?
Haud illam Cęſar tinxerunt ſanguine lances,
Illam

Illam nec nocuit dente furente rota;
En populus. populus cecidit, sic cuncta patrasti
Non sibi sed populo, qui mala tanta tulit.
Max Vxor sic mecum mea stat sententia; tuquè
Fœmina cum reliquis vertito pensa manu.
Sic decuit, si vera decent, non ferre labores,
Iuppiter vt magnus crimina tanta ferat.
Hæc virgo, quæ erepta modo casu, intulit vrbi
Pestem, falsa docens, spreuit & inde Deos:
Sed nisi (nanq; Iouem testor qui fulmina torquet)
Contulerit rebus, prę mia tetra dabit.
Imp Heu demens Cęsar casu inquis reddita vitæ?
Tuque potes Cæsar prę mia tetra dare?
Ma. Carcere nonne meo retinetur stricta Catenis?
Sic medea atrox vltima passa fuit.
Imp Hæc nō medea est, sed Christi fortis athleta,
Numine quo tandem conteret omne tuum.
Dic, quando in vinclis deiecta, & credita morti,
Viua fuit, mentem non tulit inde tuam?
Et nunc quid plura expectas? e cęde parata
Viuit, Christus adest Cesar in orbe suo.
Ma. Nū quoq; Christicola es cōiux, quę talia pādis?
Imp. Nescis? tu solus lumine captus ades
Max. O, o quid dicis regina? an talia fingis?
Imp. Haud simulare potest regia lingua mea.
Ma. Regina ausculta atq; hæc sint infixa medullis,
Per Christum tibi mors, vltima quæque geres.
Imp. Aspernor mortem, dat Christus fortia corda,
Ipse dat & vitam, corrigit ipse necem.

Max. Heu,

leu,heu, qd tibi regina, heu qd stulta repẽdis,
o Christo ad mortem?
Vita beata micat.
Eia iouem colito.
Haud faciam.
Vos vertite gressum.
Christicolæ quoque nos haud faciemus ita.
Vos quoque Christicolæ?
Sumus.
Et tu talia pellex
para fecisti? hæc præmia digna colo?
pendatur crebris, & copia secum
um, cupiunt nanque subire necem.
refero? nunc quisve loquor?
iodo Cæsar adibit
tua iussa colit
egia cuncta ruat.

CENA SECVNDA.

ius. Imperatrix, Vetruuius, Chorus Aulico-a, Chorus Aulicarum, Chorus armato-rum, Satellites, & Carnifex.

QVid faciendum Vetruui?
Mandata Deorum
ier. Cæsar cuncta parata vigent.
oice candenti per mammas vndiq; versus
a plectetur, cętera turba simul.

Non

Non mea, ſed Chriſti ſponſa eſt, ſic deniq; collum
Truncetur buſto; tempus adeſſe iuuat.
Tu caput in diſco poſtquam compleuerit ortus
Stamina, qui vitæ conterit enſe, refers.
Pergite vos famulæ, volucresque reuoluite fuſos;
Ducite vos agili tradita penſa manu.
Veſtra colos vacuas video, nam ſtamina linquent,
Et fragilis vitæ lubrica finis erit.
Imp. Sit Nomẽ Domini Benedictũ ſemper in æuũ,
Ecce nouus ſponſus.
Max. Præcipitate moram.

SCENA TERTIA.

Porfirius, Chorus Aulicorum, & Armatorum, Chriſtifer, Paulus.

Po. GAudeo chriſticolę, quod tãta fiducia mẽtẽ
Lętificet, mecum condita forſan erit.
Dum vires, tempus, dum parua occaſio, dumvè
Vita pererrabit, paſcar amore Dei.
Vos date me Chriſto, precibusq; incumbite cari,
Vt mihi det lętus cuncta futura bona.
Chr. Princeps, qui in Domino cõfidit, sẽper in altũ
Surgit, iuſtè veluti Mons ſtat in arce Sion.
Circuitus montes, Dominusve inſedit in illis,
Ipſe in circuitu ſtat populique ſui,
Ex hoc nũc vſque, omnipotens in ſecula Chriſtus
Stat, quia non linquet per dies ipſe virum.
Ipſe

Ipſe ſuper ſortem iuſtorum extendere virgam
 Scit peccatorum, ne bonus inde ruat.
Porf. Ad te qui in Cęlis habitas oculosve leuaui,
 Ecce meos Domine: ad te Dominumq; Dęum.
Ecce oculi ſicut ſeruorum ad cara ſuorum
 Extant in manibus, ceu dominæque ſuæ,
Stant oculi ancillæ, ſic ſtant & lumina noſtra
 Ad Dominum noſtrum: donec ab ore ſuo
Noſtri ſit pietas, noſtrique miſertus abunde.
 Repleta eſt multum carmine vita malo.
Pau. Hæc princeps regnet; ſit tanta fiducia nobis,
 Soſpite num Chriſto naufragus vllus erit?
Mons Chriſtus, pulſatque poli faſtigia, & vltra.
 Auxilium vnde venit, quo leuo corda mea.
A Domino auxilium, qui verbo cuncta creauit.
 Qui cœlum & terram fecit in eloquio.
Diriget ipſe pedem, ſic tutus in orbe meabis,
 Nec cuſtos vigilans dormitet ipſe tui.
Cuſtodit Dominus Luna tum Sole furente,
 Ne famuli vrantur, pellit & ipſe mala.


SCENA QVARCTA.

Maximinus, Porfirius, Chriſtifer, Paulus, Chorus aulicorum Maximini, & Porfirij, & Chorus armatorum vtriuſque.

Max. HAud pietas in rege eſt munus, quum obſtet olimpo,

Cun-

Cuncta librare decet pondere iustifero:
Hinc populus forsan scrutando talia mente
Incusat regem, quod pietate caret.
Est pietas ergo in Diuos audire furorem,
Sumere nec pœnas? Cæsaris acta negant.
Porf. Maxime Salue diu, sint semper gaudia tecũ,
Te lætum faciat, qui dare cuncta potest.
Ma. Porfirius princeps spero; quãquã vndiq; versus
Conflictor curis.
Porf. Spernitur ipsa quies
Plurima voluenti sic nauta per æquora vectus,
Dum portum spernit, fortior inde labor.
Ma. Debeo quẽ princeps portũ pertingere? quæq;
Anchora firmanda est? si furit inde malum?
Extat grata quies, portus, si effecta laborum
Cessat post lacrimas; ventus & vnda silent:
Et veluti nauta in naui stat naufragus, vnde
Æquoribus credit plurima cara sibi;
Sic quoque Cæsar ego perquirens otia mentis,
Et gratum facerem, multa dedi tenebris.
Gaza patet multum, docet experientia factis,
Respice quæ tandem præcipitata fuit.



SCE-

SCENA QVINCTA.

Maximinus, Porfirius, Vetruuius, Christifer, Paulus, Chorus aulicorum Max. & Porfirij, Chorus armatorum vtriusq; & Caput reginæ abscissum.

Vet. NAufragio Cęsar tanto, tabulasq; repertas
Diuitiasque simul continet vrna breuis.
Ecce hic conduntur, reliquæ per littora truncæ:
Tu modo da nobis quæ facienda iubes.
Por. Heu regina, heu, heu scandisti ad limina vitæ,
Somnia non captas. hoc Catharina dedit.
Chr. Pergamus Paule, & meritũ soluamus honorẽ
Corporibus.
Pau. Laudo, nunc properato pedem.
Porf En decus optatum, & tanta stipante corona
Cęlicolum munus cingit vtramque comam.
Virgineis palmis, quarum tu nobile pignus.
Dat Catharina bonum, sic dat & illa suum.
Haud equidem inuideo, sed tantum a cede tuarũ
Me solum in terris conticuisse queror.
Ambo per hunc orbem fidei tranauimus amnem,
Et cur non ambo pergimus ora Dei?
Ma. Porfirius decuit, moderato hoc carmine luctũ.
Hoc caput hinc abeat; sit sine corpus humo.
Porf. Cęsar adire libet, si Cęsaris alta voluntas
Iusserit, & cędis munera tetra legam.

Max. Ito bonis auibus. Vetruui hæc iussa referto;
Corpora sic iubeo, sic inhumata volo.

SCENA SEXTA.

Maximinus, Nuncius, Chorus Aulicorum, & Chorus armatorum.

Nu. SVmma salus Cęsar, qui iustus iusta repēdis,
Et nemini parcis factus in orbe Deus.
Nuncius ista refert, reginæ nobile bustum
Ereptum constat nescio quo titulo.
Max. Quis rapuit?
Nunc. Raptor nullus spatiatur in vrbe;
Quis retinet corpus conticet ore suo.
Max. Buccina tetra canat, preco tũ nomina signet
Raptori hæc scribat fulmina quæ iaculor.
Si Cęsar fuerit, qui corpus carpserit inde,
Ipse ego, qui Cęsar tanta subire mala.

SCENA SEPTIMA.

Maximinus, Vetruuius, Chorus aulicorum, & Chorus armatorum.

Vet. MAxime desieram votis tua iussa referre,
Et dicto citius mœsta theatra dabam:
Sed vertens oculos, mirum, haud ignobile bustum
Surreptum vidi: mox caput inde simul.

Raptor quis fuerit non dum mihi conscius esto;
Christicolæ forsan, Christigenasque reor.
Si pœnas merui pro tanto crimine Cęsar,
Hic poplitem flecto, do caput atque meum.
Hoc tantū est mihi, quo solor, quod passa volūtas
Est quæ non cępit, nec tulit ingenium.
Max. Surgito Vetruui, iam noster nuncius ista
Attulerat; sed de vertice miror ego.
Num caput abscissum reginæ ad turpe theatrum,
Vt iussi adductum?
Vet. Mox fuit inde manus.
Nec tanto fulgor citius contendit in ædes
Ventorum, quanto raptor ad ista fuit.
Max. Infandum pangis, sic deniq; regna manebūt
Cęsaris in tantis obruta cuncta malis?
Nuper quod retuli edictum renouetur in horam,
Christicolæ & pereant, nec sit in vrbe locus.
Cum capite & corpus, raptorem exquirito velox;
Vetruui hoc opto; cętera cuncta ruant.
Vet. Iuppiter aperiat scelus, & Cillenius ipse
Raptorem inueniat; consona cuncta cadant.

SCENA OCTAVA.

Maximinus, Porfirius, Christifer, Paulus, Chorus aulicorum Max. & Porf. & Chorus armatorum vtriusq.

Po. CÆsar adest quas sās hic īde caputq; pedēq;
Sic dat cum stultis signa furoris atri.

Chr. Ipse furit nobis iam preco per omnia circum
Atra canit, cunctos territat atque pios:
Fortia sed Christus, qui fortis, corda parabit.
Porf. Sit tibi vera salus, vera sit atque quies.
Max. Porfirius princeps sic crescũt vndique curæ,
Vt vix in tenebris ipse quiete fruar.
Audistin raptum? scelus intractabile paucis,
Impietas similis, quid nisi damna petit?
Corpus reginæ ablatum? sua fulmina cœlum
Huic capiti vertat ni rata pœna cadat.
Por. Quod tibi neglectũ, quod iam deieceras, illud
Appellas raptum? hoc causa furoris erit?
Quid si cara tibi? si quæ clauduntur in aluo
Abstulerit? si quis viscera viua ferit?

SCENA NONA.

Nuncius, Maximinus, Porfirius, Christifer, Paulus; Chorus aulicorum Max. & Porf. & Chorus armatorum vtriusque.

N. MVlti Christigenę o Cęsar retinẽtur habenis
Turpibus, & multis crimen adesse patet.
Concine tu modo, dic iam quæ tua iusta voluntas
Arbitra tot rerum sentiat imperio.
Max. Quot sunt captiui celeres dẽt succuba morti
Corpora pro rapto corpore strata neci.
Nunc volo, nunc iubeo; si raptor crimen adiuit
Tam properus, properus nunc quoq; obire licet.

Porf. Hæc Cæſar ſic dira datur ſententia cunctis?
Raptor quis fuerit ſat pietatis habet.
Num pietas pœnam parit? ecquis talia pandit
Ni Cæſar? iuſtus nunc feret inde malum?
Lętus forſan Cæſar? & hæc letitia manat,
Vt pereat iuſtus, qui tumulauit ouem?
Max. Nũ pietas princeps mandatũ auertere regis?
Sic volo, ſic iubeo; haud raptor inultus erit.
Occubat ipſe neci, ac etiam qui conſcius huius
Criminis in medium non tulit inde nefas.
Porf. Si cupis o Cęſar raptoris ſanguine tantum
Exigere hanc pœnam, raptor adibit ouans.
Libera & inſontes; nemo, qui retinetur in atris
Carceribus, rapuit corpus: & ipſe ſcio.
Max. Non latet o princeps raptor?
Porf. Stat raptor in vrbe,
Et putat in raptu cuncta micare bona.
Ecce ego, qui Chriſti ſectans veſtigia, tandem
Non rapui corpus, munera grata tuli.
Ipſe dedi tumulo, ſic nanque per alta polorum
Spiritus in Cœlis; corpus haberet humus.
Ma. Iuppiter, eſt princeps, qui talia verba loquut⁹?
Porfirius Chriſtum num colit ore ſuo?
Porf. Porfirius Chriſtum recolit.
Max. Nunc quæ audio?
Porf. Vera.
Max. O, o, me miſerum; nunc mea regna cadent.
Me rapit, heu miſerum, mordet, laniatq; necatq;
Heu crucior; mecum triſtis Erinnis adeſt.

Vah; tu Porfirius Christi iactaris alumnus?
Hæc de te princeps funera tanta canis?
Porf. Siste parum Cęsar, resipisce, & talia mecum
Discute: nec tento terrea regna tua.
Alter summus adest Rex Regū, quē omnia circū
Regna petunt; ipsum Porfiriusque tenet:
Christus cuncta regit, prōmittit munera Christus
Quæ regna exuperant; pręmia suntque poli.
Max. Tu quoque Porfirius cęcus spatiaris in orbe?
Respice reginæ pręmia magna poli.
Porf. Pręmia magna poli regina regitque, tenetq;
Spiritus empireo gaudet in arce Dei.
Hinc ego qui in terris inhumatum nobile vidi
Corpus deiectum (proh dolor) & canibus,
Auxilio Christi fretus tua iussa pependi,
Atque ita reginæ constitui tumulum.
Max. Solus ad hoc opus? *Chr.* Haud solus, nam cępta sequutus
His humeris sacrum corpus & ego tuli.
Ch.a. Cęsar nostra manus quęris? comitata cadauer
Christo regnanti præbuit obsequium.
Porf. Ac ego qui caput (o pignus, pignusq; beatū)
Perspexi, rapui, mox tenuique simul
Ma. Proh scelus. & sic tota ruit per męnia & vrbes
Militis ista manus, præsidiumque meum?
Et tu num secum, qui Dux ad tartara tendis?
Gloria numve Ducis claudere turpe diem?
Porf. Lucifer occasum nescit; mors nanque beata
Nomine pro Christi gloria summa mori est.

Max. O quot ab ore sonāt: sic sic cōtundor ab vno?
Et tamen hæc patior: scis? quia mitis ego.
Interea accedat, qui tetra morte cruentat
Christicolas, properet, pugnet, & arte sua.
Compleat & cędem, pereat sic tota iuuentus,
Mox tandem princeps, ni sua vota terat.

SCENA DECIMA.

Maximinus, Porfirius, Christifer, Paulus, Chorus aulicorum Max. & Porf. Chorus armatorum vtriusque, Carnifex, & Satellites.

Porf. PRelia nū miles Cęsar sine rege rependet?
Me sine tentabit scandere magna poli?
Ardua non ne Ducis? Ducis en sit gloria belli,
Ipse regat populos, ducat & ipse suos.
Max. Vah scelus infandum, certatur adire dolorū
Mœnia; Porfirius siste Iouemque cole.
Ducite vos reliquos; pietas contermina Cœlo
Istos non tangat, sint mala cuncta reis.
Ch. arm. Iam propero gressum.
Porf. Nec stat mihi inertia Cæsar;
Dux teneat frontem, tollat & inde caput.
Max Nū cupis o demens mecū contēdere verbis?
Eia viri ferrum; nunc properate necem.
Munera qui spernit, spernatur ab ore Deorum,
Impius accedat, fulminet atque caput.
Corpora sint canibus pasta; & si somnia fingunt

Christicolæ, hæc videant somnia vera suis.
Porf. Laudate o pueri Dominũ, laudate precantes
Nunc Nomen Domini, qui super astra meat.
Chr. Cantemus Domino princeps, nã prẹmia vitæ
Instant, sic superus cuncta repellet atra.

SCENA DECIMAPRIMA.

Maximinus, Vetruuius, Chorus aulicorum, & Chorus armatorum.

Vet. PRoh mirũ, heu patior telis, sic deniq; tota
Regia decurrit præcipitata neci?
Porfirius quoque? Porfirius qui bella gerebat
Succubat ipse malo? talia Cæsar agit?
Millia Christigenũ iam sunt Acherontis ad vndas,
Et totidem video nunc properare pedem.
Maximus aut solus bonus est, aut solus iniquus,
Dissona non scandunt limina voce pari.
Max. Quid Vetruui affers? quæ nã sententia vertit
Ingenuas vires, ingeniumque tuum?
Vet. Sat doleo Cæsar, factum lacrimabile visu,
Regia cuncta ruit, regia magna fuit.
Max. Sic decet, vt pateat cunctis sententia diuum.
Christigenum semen, sic debet ire malum.
Iuppiter haud patitur sperni delubra Deorum,
Præpropero mortis fulminat igne reos.

SCENA DECIMASECVNDA.

Nuncius, Maximinus, Vetruuius, Chorus aulicorum, Chorus armatorum, Custos carceris.

Nun. EN venio Cęsar volucris per strata viarũ,
Dicã & quot populos occupat vna dies.
Innumeras Christi gentes vix sole per altum
Immersas vidi flumine lethifero.
Qualis apes æstate noua per florea rura
Cum ducunt fętus excitat inde labor.
Sic cuncti, ac hilares certatim colla subibant;
Sanguine credentes reddere mella Ioui.
Ardens instabat princeps, feruebat opusque
Stipatum tandem reddidit obsequium.
Max. Christicolis igitur moriẽdi est tanta cupido?
En pereant cuncti, tum Caterina simul.
Ipsa fuit, nec fallor, quæ modo carmine tetro
Traxit ad oceanum corpora multa suum.
Ito manus cursim, ducatur virgo.
Ch.ar. Resurge.
Custos, te Cæsar postulat, eia veni.
Cust. Quidve petit?
Ch.ar. Caterina detur.
Cust. Nunc virgo redibit.
Max. Forsitan emoriens causa salutis erit.

SCE-

SCENA DECIMATERTIA.

Maximinus, Caterina, Angelus, Vetruuius, Chorus aulicorum, Chorus armatorum, Satellites, Custos carceris.

Ang. EN triplici virgo præcingit tēpora spōsus
Aureola, & lætus gaudia multa parat,
Nanq; & tempus adest post tot discrimina rerum
Dulciter, vt tecum visitet atque torum.
Cust. En Caterina foris.
Max. Caterina hæc vltima sunto;
Mitis adhuc tecum, mitia verba metam?
Regia te sponsam cupit, vxor Cæsaris esto,
Lęta meabis ouans, si mea dicta teres.
Eia Iouem colito, & tantum si dixeris ore,
Salue, per hoc iuro; Cæsaris vxor eris.
Vet. Vestis in ambiguū? quid virgo mēte volutas?
Cat. Conteris o Cæsar tempus & omne tuum.
Sū Christi sponsa, & Sponsus me expectat ad aulā
Cœlorum, qui dat regna beata suis.
Vet. Virgo oblita tui es.
Max. Caterina aut succuba morti,
Aut mihi nunc eris.
Cat. Hoc absit, & illud erit.
Si morior, viuam cum Christo, & regna polorum
Consequar, & sponsum lęta redibo meum.
Max. Mortua num speras connubia virgo referre?

Cat. En

Cat. En quod erit spero; Christus ab ore tulit.
Max. O virgo, o virgo nihil en mea carmina curas?
Nil miserere tui? cogis adire necem?
Cat. Iam video Cęlum, dum pandit pensa laborũ,
Ter geminat Sponsæ præmia digna polo.
Ang. Nũc Caterina decus, ꝓpera nũc cęlica tẽde,
Respice, te sponsus poscit ad alta tori.
Max. Quod doleo o virgo ꝙ tãdẽ torqueor, angor
Est Christum manibus non tenuisse meis.
Attamen, si sponsus, veniat, seruetque puellam,
Eia viri cursim plectito, & ense caput.
Cat. O fęlix gratusque dies, tu lumina vitæ
Inscius occasi, tu modo vera dabis.
Ecce ad te propero sponsus tua iussa secuta,
Ardenter cupio munus obire meum.
Ang. Regia te expectat Caterina; torusq; polusq;
Sponsi iam redolet; cęlica turba micat.
Max. Impie quid spectas? vibrentur tela per artus;
Plectito crudelis magnanimumque caput.

SCENA DECIMAQVARCTA.

Maximinus, Caterina, Angelus, & Chorus Angelorum, Vetruuius, Chorus aulicorum, Chorus armatorum, Satellites, & Carnifex.

Ch. ang. Eia veni virgo Caterina ad gaudia vitæ
Pãdit olimpus ouãs, premia digna tibi.
Cat. Suscipe; dum repeto curuato poplite, Cęlum.

Esto

Esto sponsus amans portus & aura tuis.
Ch.ang. Sic Sponsā recolit Christus; sic virgo beata;
Vt Sponsus renouat flumine, lacte, necem:
Effluit inde liquor, dat pectus sanguine flumen,
Hic è virgineo lacte fit ipse liquor.
Ang. Perpetui veris signum Caterina beata
Floribus æternis fulget in arce poli.
Max. Hæc video in terris? turpissima verba ferēdo
Iam cecidit vates: mortua tumvè canit.
Effera virgo fuit, medea ad sidera palmas
Excantata dedit; nunc fluit inde nouum.
Eccine Christigenæ vestram vatemque, Deamq;
Eccine quid Christus vester in orbe facit.
Flores arte sua vobis demittit ab alto,
Vt vos decipiat, fallat & inde viros.
Vetruui?
Vet. Hic adsum.
Max. Sic ecce venefica tandem
Mortua tetra gerit, quæ modo viua dabat.
Eia detur lustris, & quid tentare nocebit?
Sponsa fuit Christi, Christus & inde ferat.
Vet. Mortua num Cęsar patietur crimen?
Max. O æquor
Tellus, Cęlum, æther, vertite signa poli.
Vos quoque flantes crebris vastate ignibus Austri
Imperium Christi, pessima quæque sua.
Heu feror hinc inde, heu nūc q̃d me deniq; cogit;
Vox ruit ingenti præcipitata malo.
An. Haud finit Omnipotēs Spōsus, q̃ Christ⁹ vt aurā

Vi-

talem capias: eia dehiſcat humus.
ara ſuſcipiant corpus, teneantque ſuperbam
anc animam, tandem corripiantque mala.

Hic terremotus.

minus ad inferos, Caterina eleuatur ab Angelis ad montem Sinai, Cęlum patet ſuperne, Canente Choro Angelorum.

ng. Hæc virgo ex atauis edita regibus
ſtat præſidium, & dulce decus meum.
am curriculo puluerem olimpicum
llegiſſe iuuat, metaque feruidis,
itata rotis, palmaque nobilis
orum Dominum nunc vehit ad Deum.
Certat nobilium turba fidelium
pſam tergeminis tollere honoribus.


Maximinus ab inferis.

or, o dolor, excitor, o,o, carceris horror
ens hic luctus, perpetuumque malum eſt.
s nunc patior pęnas? ſic denique ſemper
ruar his tenebris? finis & vllus erit?
am cum me genitrix ad pabula mundi
tulit ad beluas corpora parua daret.
r, o dolor, excitor, o,o carceris horror,
ens hic luctus, perpetuumque malum eſt.
g. Hæc virgo proprio condidit horreo
Quicquid Niliacis vertitur areis,

Et

Et gaudens patrios findere ſarculo
Agros Attalicis conditionibus
Conſtanter ſubijt. lęta ſecat mare.
Tot cupris grauida, ſat trabe propria,
Vt nauta impauidus dum meat ęquora
Cunctos ad ſuperos attulit excitos.
Max. Siccine me genuit mater? ſic miſſus in auras
Vt rabiem paterer? ſic ſine fine labor?
Numina falſa poli mortales crimine veſtro
In laqueum capitis? nunc vbi Phębus adeſt?
O labor, o dolor, o furor, ò, ò carceris horror
Ingens hic luctus, perpetuumq; malum eſt.
Ch. Ang. Hæc Virgo haud metuēs fluctibus Africū
Luctantem geminis; deuolat, aduolat
Arctos ad ſuperas laxat, & omnia
Currus Aſtriferi circula nauita.
Hæc ſemper reficit concita nauium
Quaſſarum docilis pauperiem pati,
Quod ſemper memorans otium, & oppidi
Ducit rura ſui, gaudia olimpica.
Max. Hæc igitur Chriſti pietas? ſic Chriſte repēdis
Munera crudelis? ſic feritate furis?
Quid feci? niquos colui veneratus ad aram
Iura dedi Superis? hoccine forſan atrùm?
Væ tibi, væ mater, væ cui peperiſſe tenellum
Contigit infantem: quid peperiſſe iuuat?
Expectat rabies, expectat confuſio mentis,
Tartara præpropera falce per arua metunt.
Diſcite mortales ſic velox conterit ætas
Omnia,

nnia, sic tandem mulciber ista tenet.
essus vestri, ni mens, ni denique vita
strarit fidei limina corde, manu.
or, o dolor, opprimor, o, o, carceris horror
gens hic luctus, perpetuumque malum est.
g. Hæc virgo veteris pocula maximi,
Et partem solido demere de die
Spreuit, tum viridi membra sub arbuto
Strata, aut sic ad lene caput suum.
Ipsam castra iuuant, & lituo tubæ
Permixtus sonitus, bellaque matribus
Detestata. manet sub Ioue fulgido,
Et rumpit teretes, mortis atras plagas.
ec virgo rutilat: pręmia frontium
Doctarum superus pandit ab æthere,
Serpentes hederæ, munera cęlitum
Huius dant populis fasta fidelibus:
m Cunctus redolet cum Polyhymnia
Musarum leuium matre sacer chorus,
Ipsam tum superis vatibus inserit
Sublimi vt feriat sidera vertice.



FINIS

udem Dei Omnipotentis, B. Virg. Mariæ & Cate-
Rotarum vindicis, cuius triumphum ita con-
estum quo ad omnia vna cum me ipso corre-
ctioni S.R. Ecclesiæ subijcio: ita est F. Ni-
colaus Magrius Drepanus Augustin.

Ego Magist. F. Michael Traballesius Florentinus Or. Er. Sancti Augustini, Prouincialis Prouinciæ Pisanæ, ac Sanctissimæ Inquisitionis Consultor, De Mandato Reuerendissimi Patris Generalis Magistri Hippoliti de Montibus Finalensis, Vidi & legi librum istum; qui Inscribitur, Triũphus Gloriosæ Virginis ac Martiris Chatarinæ Rotarum, Authore P. F. Nicolao Magrio Drepanense, Ord. Erem. Sancti Augustini, In quo cum nihil inuenerim, quod aut Diuinis, aut humanis legibus repugnet, ipsum approbo, & Impressione dignum esse censeo &c.

In quorum fidem &c. Die 6. Nouembris 1639.

Frater Michael Florentinus qui supra &c.

Opusculum hoc, inscriptum: Triumphus Gloriosæ Virginis, & Martyris Catharinæ &c. Auctore R. P. Fratre Nicolao Magrio Drepanense August. de mandato Reuerendissimi Patris Mag. Hippolyti Montij Finalensis nostri Generalis diligenter perlegi, nihilq; in eo reperi, quod Diuinæ Legi repugnet, & ideo dignum censeo, quod typis committi possit.

Florentiæ die 8. Nouembris 1639.

Ego Magist. F. Paulus Luchinus Pisaurensis August. in Conuentu Florentino S. Spiritus Regens.